

Christoph Martin Burchard

**Programma Paschale Qvo Rector Academiæ Rostochiensis Christoph. Martin
Burchard, Med. Doct. Et Prof. P. O. ... Jesum Christum Redivivum Generi Humano
Ut Verum Et Unicum Redemptorem Vindicat, Et Lætam Hujus Festi Memoriam Pia
Mente Celebrandam Commendat**

Rostochii: Typis Johann. Jacobi Adleri, [1739?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004028768>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1739. Ostern.

~~M-1256.~~ 252.

PROGRAMMA PASCHALE
QVO
RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
CHRISTOPH. MARTIN
BURCHARD,
MED. DOCT. ET PROF. P. O. FACULTATIS
MEDICÆ SENIOR.



JESUM CHRISTUM
REDIVIVUM
GENERI HUMANO
ET VERUM ET UNICUM
REDEMPTOREM
VINDICAT.
ET
LÆTAM HUJUS FESTI MEMO-
RIAM PIA MENTE CELEBRANDAM
COMMENDAT.

ROSTOCHII,
Typis JOHANN. JACOBI ADLERİ, SEREN, PRINCIPIS
& ACAD. Typogr.

M-1256 252



Ræsens Festum, quod in Memoriæ gloriose Resurrectionis JEsu Christi, quotannis à nobis celebratur, me rursum admonet officii, ut serio Vos adhorter, Civis, non solum nihil committere, quod publico Pietatis Cultui officiat, sed hoc etiam agere, ut exemplo præluceatis aliis.

Memoria namque huius diei Fidem nostram Salvificam potissimum confirmat, ut certi & convicti reddamur, superatos esse Satanam ac Mortem, & plenarie satisfactum Justiciæ Divinæ, postquam is, qui λύτρον omne, quod pro mortalibus persolvendum, in se suscepérat, ex Carceribus Mortis prodiit, & *Victor bonus ac Satana, iſtos in triumphum duxit.* Coloss. Cap. II. v. 15. Ediderat equidem Salvator Noster, in ipso Crucis ligno, consolatorium istam vocem, Τετέλεσαι, Es ist vollbracht. Ast anne hæc vox animo conscientiæ tormentis agitato sufficiat, nisi in Sacris evidentissima de ipsa Christi Resurrectione exstante documenta, eo magis dubitaverim, cum etiam ipsi Apostoli, pro conserva mortalium imbecillitate, satis prodiderint, spem suam, cum morte ipsius, omnem decollasse: *Wir hofften Er solte Israel erlösen.* Luc. XXIV. v. 21. Verum illi ipsi, qui ita de Salvatore, & Salute sua, desperaverant, mox viro Magistro, agnitoque, confirmati, lato animo ex Emaunte revertuntur,

ut

ut Condicipulis ευαγγελιον illud afferrent ; qui tamen & ipsi, de Resurrectione JESU jam convicti, non expectabant advenientium nuncium, sed læti testabantur, *Resurrexisse Dominum, & Simoni comparuisse* ; cumque ex Emaunte reduces, quid sibi etiam evenerit, referrent, eo ipso momento CHRISTUS se omnibus præsentem denuo sifit; ipsis Prophetias explicat, & quod nunc in suo Nomine prædicanda sit pœnitentia & salus æterna omnibus gentibus, præcipit. Nec in hisce tribus comparisonibus substitit Amor Divini Nostri Redemptoris, sed ut animos Apostolorum de vera à mortuis Resurrectione magis confirmatos redderet, per 40 dies sæpius se visendum ipsis exhibuit, permisitque, ut vulnera sua contractarent, imo & convivam cum ipsis agere non dedignatus est; donec tandem in illorum prætentia, in altum elevatus, supremas cæli occuparet sedes. ad dextram DEI collocatus, præsentia sua visibili non redditurus, nisi in futuro hujus universi judicio. Cum ergo hæc omnia in Salutem generis humani peracta sint, ita ut nulla Salus nisi in hoc Nomine nobis concessa sit, Act IV. v. 12. mirandum omnino est, dari adhuc homines, qui sibi persuadent, aliisque persuasum volunt, quasi in nostra voluntate, aut humanis viribus situm sit, ita animam nostram emendare, ut sine JESU CHRISTI satisfactione, aut πληροφοριᾳ, æterna vita particeps fiat; aut si propriam emendationem negligamus, tandem igne Gehenna plane purificatas reddi impiorum animas, ut etiam exinde reditus ad vitam gloriosam ipsis pateat. Non loquor nunc de famoso damnatorum, ac ipsorum Diabolorum Patrono, mordacissimoque Causidico, GERHARDO, sed de alio, non nisi per literas initiales P. C. nobis noto, qui Anno 1713. CHRISTIANI DEMOCRITI quendam librum, *Morbum & Medicinam*, dictum, ex Latio in Germanicum idioma transcripsit. Cum enim hisce diebus hic libellus forte mihi in manus incideret, observavi in Epistola dedicatoria, ad Democritum directa, Autorem misere delirantem, & quamvis Scripturæ studiosus videatur, adeo ineptas tamen exinde formasse conclusiones, ut dubium sit, an plus commiserationis, an indignationis mereatur, inflata sapientia turgidus, aut cum ratione insaniens Scripor. Ut enim eo feliciter tueatur suam thesin, supra adductam, præsupponit, & ex veterum Ethnicorum, ac ipsius Cabbalæ lacunis

Iacunis revocat Metempsychosin. „Omnes enim mortalium animas,
„ante conditum Mundum, cum ceteris angelis jam creatas, postmo-
„dum in ADAMI corpore præsentes adfuisse, ut propterea ADAMUS
„Caput totius *Corporis Animastici* extiterit. Et hinc recte in Sacris
„afferi, *Omnes homines in Adamo peccasse*; Quoniam ergo in ADAMO
„omnes omnium Animæ contaminatae sint, hinc necesse esse, ut post
„conjunctionem cum proprio corpore, suæ studeant emendationi:
„cum autem huic unius hominis, imo & plurium vita non sufficiat,
„hinc Animas piorum aliquot centenas, imo vel millenas pati revo-
„lutiones, & successive novis corporibus junctæ, tandem ita depura-
„ri, ut cum DEO, tanquam primo Animarum fonte, rursus jungi &
„uniri queant. Animas vero impiorum non nisi tres pati revolutio-
„nes: Si enī secunda vice, cum corpore novo junctæ, nullam emen-
„dationem admittant, tertia & ultima vice, cum corpore combinatas,
„in hoc mundo quasi *peremptorie* comparere, ut si ne tunc quidem
„desistere a sua malitia velint, ad ignem Gehennæ reddantur præci-
„pites. Talem animam obtinuisse PHARAONEM, quæ cum etiam
„tertia vice in sua pervicacia perseveraverit, nec castigationibus divi-
„nis, nec mukivariis miraculis, ad frugem reduci se passa sit, hinc
„justo DEI judicio, cum indignatione subito ad inferni abyssos præ-
„cipitatem esse, ut illie tandem purificata, *etiam ingratiss ad salutem*
„rediret. Dahero, inquit, musste Er geplaget werden, eines ent-
„seßlichen Todes sterben, in der Gehenna von seinem so grausahm
bösen Willen schmerzlich gereinigt, und das Böse an Ihm ver-
„gehret werden, damit der Geist nach seinen Stoffen erhalten würde,
und in seinen Ursprung sich einwenden könnte. Und also hat
Ihm doch endlich seine Verhärtung, Verstockung, und Verdäm-
nung, weil es nicht anderst seyn könnte, zur Besserung und Seelig-
keit, wieder Dank dienen müssen. Ut autem Autor, suam de
Metempsychosi doctrinam etiam ex Sacris evincat, provocat ad lo-
eum Genel. Cap. IX. v. 6. Wer Menschen Blüht vergießt, des
Blüht soll wieder durch Menschen vergossen werden. „Nam cum S.
„Scriptura mendacia proferre non possit, & per experientiam constet,
„quod multi, impune à Regibus trucidantur; hinc concludit, vel
„istos, qui insolentes cruenta morte pereunt, jam olim in mundo præ-
„ex-

„exstisſe, & parricidia perpetratiſſe, propter quæ nunc, licet inſontes
„videantur, iuſta puniantur morte; Vel ipſum Regem aut Principem
„aliquando rediſturuſ, ut ſic, propter olim iuſte profuſum ſangvi-
„nem, vindicta in iſtuſ exerceri queat. Nun muſt man, inquit,
entweder ſagen, die H. Schrift rede Unwahrheiten, (quod abſit)
oder man wird geſtehen muſſen, daß diejenige, ſo entleibet worden,
entweder vorher auf der Welt geweſen, und auch Menschen Bluh̄t
vergoffen haben muſſen, wofür Sie jekund mit gleichem Recht ge-
ſtraffet werden; oder aber, daß derjenige groſſe Herr, ſo dieſen fei-
nen unſchuldigen Diener ermordet, und doch auf ſeinem Bett ver-
ſchieden, wieder muſſe in die Welt kommen, und ſein Bluh̄t durch
Menschen wieder vergießen laſſen, und daß, da Er jetzt ein großer
Herr geweſen, Er alſdem ein geringer Diener, entweder deſſen,
den Er ermordet, oder eines andern wird ſeyn muſſen, und also
auch ſein Leben hergeben. Præterea adducit D. PAULUM Rom.
Cap. XI v. 25, 26., cum quibus conciliandum præcipit EZECHI-
ELIS Caput XXXVI. & XXXVII „has enim Prophetias adimplendas
„adhuſ eſſe, & propterea rediſturos aliquando iudeos, olim demor-
„tuos, ut DEO reconciliati, in terra iudaica floreant, & urbes con-
„ſtruant, & agrum colant, ac laborum fuorum fructu lætiſſimi fru-
„antur. Denn, inquit, da dieſelben Iudei geſtorben, ohne obiger
Verheiſſung zu geniessen, ſo muſt entweder die H. Schrift falſch
reden, (quod abſit) oder dieſelben Iudei muſſen dermahleins revol-
viret werden, daß die Weissagung an Ihnen erfüllet werde. Non
opus erit Cives Dilectissimi, ut in iſtis refutandis, multum desude-
mus, cum Autor ſponte ſuas prodat ineptias. Nam quod attinet
peccatum omnium mortalium, in ADAMO peractum, Autor ſatis
oſtendit, ſe neſcire, quid inter actum & potentiam interſit. Per ex-
perientiam enim convincimur, non ſolum morbos corporis à paren-
tibus ſæpe ad ſobolem propagari, qui propterea Morbi Hereditarii
à Medicis vocantur, ſed etiam animi vitia, ac pravos mores derivari
ad posteros; ut ab Helluonibus Hellunes, ab Adulteriſ Adulteri,
ſurto & rapinæ deditis, fureo progenerentur. &c. Non tamen hæc
parentum prava ſtudia quenquam neceſſitant, ut ſimilibus ſe polluat;
tantum enim rationis omnibus inest, ut turpia & inhoneſta, à virtu-
tibus

tibus & laude dignis distingvere possimus. Interim prava illa cupi-
ditas, die Lust, Begierde, quæ à parentibus, hæreditario quasi jure, ad
nos devluitur, nos semper stimulat ac incitat, nec unquam penitus
extirpari se patitur. Dum ergo hanc, ejusque turpitudinem agnoscim-
us, eamque ferocientem cōrcemus, ne in actum erumpat, laudabi-
le equidem exemplum præbemus aliis; ast propterea nondum excus-
fables sumus coram throno Sanctitatis & Justitiae divinæ, quippe quæ
intima cordis rimatur, & ipsas etiam cogitationes, sive pravas cupi-
ditates damnat, & æterna pœna dignas judicat. Cum ergo & hæc
connata nobis pravitas, licet in actum non ducatur, damnabilis
omnino sit, hæc ipsa autem in parentibus nostris jam radicata fuerit,
& successivæ ac originaliter ex ADAMO ad nos sit propagata. recte
omnino asseritur, *omnes homines* in suis parentibus, ipsoque jam
ADAMO peccasse: Siehe ich bin aus sündlichen Samen gezeuget,
und meine Mutter hat mich in Sünden empfangen, Psalm. LI. v. 7.
ut propterea appareat, ad peccatum originis non requiri, actualē
omnium animarum in corpore ADAMI præsentiam: Metempsycho-
si autem ista Autoris nihil ineptius excogitari potest, aut cum Chri-
stiana doctrina minus congruum. Certe DEus ab injustitiae, aut po-
tius crudelitatis nota exsolvi non posset, quod adeo atrociter in pro-
prium Filium desævierit, si Generi Humano nulla exinde Salus spe-
randa: non enim Satisfactione JESU CHRISTI indigerent piorum
Animæ, si per multiplices revolutiones depurandæ sunt? multo mi-
nus impiorum Animæ; quippe unice, ut Autor vult, per ignem Ge-
hennæ ad pristinum innocentia statum reducendæ? Ast anne redi-
tus ex inferno futurus sit, forte non sine proprio damno experientur,
doctrinam hanc inculcantes, infernali spiritu agitati, ut Satanæ regnum
augeant, & hominum corda reddant magis obdurata. Præterquam
autem quod hoc pestiferum dogma cum Satisfactione meritoria Re-
demptoris nostri conciliari nequeat, etiam repugnat omni omnium
seculorum experientiae. Si enim, post tot revolutiones, tandem pio-
rum animæ, in ultima revolutione, ad Summam devenirent Sanctita-
tem, non possent non, vel hic, vel alibi, aut nunc extare, aut olim
extitisse exempla hominum, tali Sanctitate gaudientium: Sed nullum
tale, vel ex Sacra, vel Profana Historia, adduci unquam potest:
Wo wil man einen reinen finden, bey denen keiner rein ist? Job.
Cap.

Cap. XIV. v. 4. Præterea & rationes ex Sacris, quas in suam de Me-
tempychoosi detorquet sententiam, ineptissime hic applicantur. Nam
locus Geneseos Cap. IX. v. 6 non Prophetiam continet, infallibili-
ter adimplendam, sed Præceptum divinum, postmodum in Monte
Sina reiteratum. Exod. Cap. XXI. v. 12. 14. Wer einen Menschen
schlägt, daß Er stirbt, der soll des Todes sterben. Wo jemand att
seinen Nächsten frevelt, und Ihn mit List erwürget, so soltu densel-
ben von meinen Altar nehmen, daß man Ihn tödte. Queimadmo-
dum autem reliqua Praecepta Divina multipliciter violantur, sic etiam
hoc ipsum suos transgressores invenit, sive quod Reges ac Principes,
Legibus publicis soluti, interdum in innoxios impune grallentur, sive
quod alii facinorosi, post perpetratum parricidium, fuga sibi consu-
lant, & justam vindictam eludant. Prophetia autem EZECHIELIS,
post finitam Captivitatem Babyloniam, statim adimpta est, ut
propterea frustra judæis pulvinar subdere laboret Autor. Præterea
Prophetia Veteris Testamenti non ultra CHRISTI adventum ex-
tendenda sunt, ut ipse Salvator id asserit, MATTHÆI Cap. XI. v. 13.
& ante lustra aliquot evictum dedit Noster quondam WEIDENE-
RUS, in Diss: de Termine Prophetiarum Veteris Testamenti. Rost.
1723. D. PAULUS autem Cap. XI, non Prophetam agit, sed judi-
cat de Populo suo, ex naturali, aut potius Christiana charitate, quod
DEus gentem Judaicam possit, & forte etiam velit rursus in Oleam,
inserere, sive ad veram Ecclesiam revocare; eumque in finem ad Mi-
sericordiam DEI infinitam provocoat Et quis est qui absolute negare'au-
deat, non posse aliquando fieri universæ gentis Judaicæ ad Veram Ec-
clesiam reversionem? cuius tamen contrarium, credere nos jubent
verba CHRISTI, à LUCA adducta Cap. XXI. v. 32. Dis Geschlecht
wird nicht vergehen, bis daß es alles geschehe. Ast, etiamsi infallibilia
hujus conversionis extarent Prophética dicta, anne propterea inde in-
ferendum, eos judæos, qui ob incredulitatem suam, sine Fide Salvifica,
per XVII Secula perire reddituros aliquando, ut Ecclesiæ Christi incor-
porentur? Forte autem aëtum hic ago, Cives Svavissimi, & forre jam ante
me existere, qui hujus hominis nugas multo melius detexere? Sed
quoniam ad meam non pervenere notitiam, mearum partium esse
putavi, in præsentia ostendere, ædificium illud, quod erigere cona-
tur Autor, nil aliud esse quam sine calce arenam, sponte propria mole.

iii

in se corruentem. Nobis interim hic ineptiarum Scriptor documento esse poterit, quam facilis rationis, sibi reliet, lapsus sit, ut etiam non vereatur ipsa abuti S. Scriptura, & exinde suæ stultitiae querere patrocinium. Non deflectamus ergo à Via Regia, nec patiamur nobis eripi hunc thesaurum, Cives, quem CHRISTUS meritoria sua morte nobis comparavit, & gloria sua Resurrectione ita stabilitum ac confirmatum reddidit, ut nec Inferni Portæ eum destruere valeant. Lætemur nunc cum Salvatore nostro, æternum de Satana ac Morte triumphante; certi quippe & convicti, in ejus justicia, nostram consistere justiciam, & omnes, quotquot mortalium fuerint, qui ipsius merito se involvunt, tutum illuc invenire præsidium. Lætemur, Cives, quod ipsum Filium DEI habeamus vitæ peractæ & Patronum, & judicem; Lætemur, quod eundem in ærumnis, quæ nos in hac vita manent, & Consolatorem habeamus, & Vindicem: Non tamen eo usque progrediamur, ut lætitia nostra, ad quam hoc Festum nos excitat, vergat in lasciviam. Abstineatis ergo, quælo, ab omni petulantia, imprimis in Sacro Cœtu, nec Verbi Divini Ministris occasionem præbeatis, ut vel indignentur merito, & turpitudinem vestram publice exponant, vel propterea ingemiscere cogantur, Denn das ist Euch nicht gut. Nec putetis, Vos horum censuram, post columnas Aedis sacræ latitantes, facile effugere posse; non enim reliquos, qui illuc pia intentione confluunt, latere, multo minus omniscientiam diuinam effugere vobis licet: hæc enim aliquando luci publicæ exponet, quæ malo exemplo, etiam in abdito, perpetrantur. Wehe dem der dieser geringsten einen ärgert, dem wäre besser, daß ein Mühlens-

Stein an seinen Hals gehängt würde, und würde erseufset

ins Meer, da es am tieffsten ist.

P. P. Sub Sigillo Rectorali

Die XXIX Martii Anno MDCCXXXIX.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004028768/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004028768/phys_0012)

DFG

Cap. XIV. v. 4. Præterea & rationes ex Sacris, quas in suam tempyschosi detorquet sententiam, ineptissime hic applicantur locus Geneseos Cap. IX. v. 6 non Prophetiam continet, inter adimplendam, sed Præceptum divinum, postmodum in Sina reiteratum. Exod. Cap. XXI. v. 12. 14. Wer einen M schlägt, daß Er stirbt, der soll des Todes sterben. Wo jem seinen Nächsten frevelt, und Ihn mit List erwürget, so soltu ben von meinen Altar nehmen, daß man Ihn töde. Quen dum autem reliqua Præcepta Divina multipliciter violantur, si hoc ipsum suos transgressores invenit, sive quod Reges ac Pri Legibus publicis soluti, interdum in innoxios impune grassen quod alii facinorosi, post perpetratum parricidium, fuga sibi lant, & justam vindictam eludent. Prophetia autem EZECH post finitam Captivitatem Babyloniam, statim adimpta propterea frustra judæis pulvinar subdere laboret Autor. Prophetae Veteris Testamenti non ultra CHRISTI advent tendendæ sunt, ut ipse Salvator id afferit, MATTHÆI Cap. XI & ante lustra aliquot evictum dedit Noster quondam WEI RUS, in Diss: de Termino Prophetiarum Veteris Testamenti 1723. D. PAULUS autem Cap. XI, non Prophetam agit, sed de Populo suo, ex naturali, aut potius Christiana charitate DEus gentem Judaicam possit, & forte etiam velit rursus inserere, sive ad veram Ecclesiam revocare; eumque in finem sericordiam DEI infinitam provocat Et quis est qui absolute neg deat, non posse aliquando fieri universæ gentis Judaicæ ad Ver clesiam reversionem? cuius tamen contrarium, credere nos verba CHRISTI, à LUCA adducta Cap. XXI. v. 32. Dis Ge wird nicht vergehen, bis daß es alles geschehe. Ast, etiamsi infra hujus conversionis extarent Prophetica dicta; anne propterea inferendum, eos judæos, qui ob incredulitatem suam, sine Fide Sa per XVII Secula perierte redituros aliquando, ut Ecclesiæ Christ parentur? Forte autem aëtum hic ago, Cives Svavissimi, & forte ja me existitere, qui hujus hominis nugas multo melius detexere quoniam ad meam non pervenere noritiam, mearum partiu putavi, in præsentia ostendere, ædificium illud, quod erigeretur Autor, nil aliud esse quam sine calce arenam, sponte prop



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0111